

quod simus Domini peculium, Tit. II, 14. Apoc. I, 5. 6. &c.

(3) Sicut adsciendum tunc ad festa secundum testimonium vel statutum ipsius Dei: ita nunc quoque cavenda omnis *ἰδελοδρηκεία*, inhaerendum Verbo praecise, &c. Jes. VIII, 20.

(4) Omnia nostra tendant ad celebrandum nomen Domini. *horsum enim sumus conditi*: I. Cor. X, 31. Col. III, 17.

USUS E VERSU V.

[1] Judiciorum legitime constitutorum [v.g. in *Confistoriis, Scabinatibus, curiis, Facultatibus, Appellationibus, &c.*] insignis est necessitas, autoritas, utilitas, &c. vid. L. de magistratu.

(2) Solia Judicialia diversimodè occupantur, administrantur, evacuantur: sunt vel regalia & monarchica, vel aristocratica, vel democratica, quandoque hereditaria, [ut b. l. de stirpe Davidicâ,] quandoque electiva, &c. Agamus Deo gratias, si solis bis infideant persona idonea.

USUS E VERSU VI.

[1] Bene precari debemus omnibus; praecipuè magistratibus, Pf. LXXXV, II. I. Tim. II, 1. &c.

(2) Pax bonorum optimum, quae precari possumus alteri, in qua comprehensa mortis tranquillitas in & cum Deo, concordia cum proximo, politica, domestica, corporis valetudo, &c.

[3] Pro metropoli orandum; sicut pro Babel Jer. XXIX, 7.

[4] Diligendi sunt loci conventuum publicorum,

PSALMI CXXIII. DISPOSITIO.

Deum oculi suspiciunt. Oculus sperans.

Describitur hinc I. Fidelium intentio s. fiducia; (1) absolute: *oculos meos attollo ad te Caeli dominum: vers. 1.* (2) comparate: *ad instar servo-*

A è quibus reipublica salus propagatur, itemque persone publico bene inservientes, sicut hic fit mentio amantium Jerusalem.

(5) Potest tamen urbs, (v.g. Siloh, Jerem. VII, 12.) semetipsam dignitate privare per ingratitude.

USUS E VERSU VII.

(1) *Mænia, antemuralia, valla munitionesque civitatum improbari haur debent.* Sicut fructuum in arboribus alii sunt muniti testis, aculeis, corticibus, (v.g. *noces castanea, juglandes, &c.*) alii verò mox ori possunt immitti: ita urbium pagorumque debuit exstare discrepantia.

[2] Eadem ratio & palatiorum casarumque vilium. Conf. Sap. VI, 8. Prov. XXIX, 13.

USUS E VERSU VIII.

[1] Fratrum, & naturalium, & civilium, itemque Amicorum, in precibus suis debet esse locus, confer Gal. VI, 10.

(2) Pacem debemus aliorum procurare modis omnibus, intercedendo apud Deum atque homines, excusando, commendando, reconciliando, &c.

USUS E VERSU IX.

(1) *Conventus sacri, & loca Conventuum horummet, reverenter sunt observanda.* vid. præc. II.

(2) Bonum quærimus aut procuramus, quando pericula impendentia declinare, & bona omnis generis promoveri laboramus; quando unusquisque agit, quod suum est. quomodo v.g. in navi periclitante unusquisque confert, agendo quantum potest, & quod iungitur.

PSALMUS CXXIII.

EXPLICATIO VERSUS I.

Levo oculos meos: h. e. à te omne meum peto & expecto subsidium &c: vide Psalm. CXXI, 1. Gestu hinc *levationis oculorum* ter Salvatorem ipsum usum esse, Matth. XIV, 19. Job. XI, 41. & XVII, 1. annotavit Gerbardus *harm. in Job. XVII.* Cum verò Psaltes loquatur modo in *singulari*, modo in *plurali*, ut mox vers. 2. ideòque Kimchi censet, eundem hæc profari in personâ captivorum. *Aben Esra* autem singularem hunc refert ad personam quandam in captivitate vel obsidione præcipuam aut singularem; quæ mox loquatur etiam nomine suorum contribulium. *Oculorum* hæc elevatio signum eluctationis è mæroribus antegressus, quippe qui oculorum solent afferre demissionem. *Wigan.*

o sedens: h. e. habitator, ita *Campensis*, vel qui habitas in cælis: sic *Pagninus & Vulgatus.* Periphrasis hæc est Dei veri à regiâ velut sede, quam præ cunctis mundi regibus peculiarem habet atque propriam, nempe *cælum*, quorsum nulla vis hominum potest pertingere, quod in se constans est ac immutabile, amplissimum, splendidissimum, mediis & nocendi & juvan-

rum ancillarumque, &c. donec misereatur nostri: vers. 2.

II. Fiduciæ precatio: (1) *miserere nostri:* (2) *ratio, contemptu nimis oppletus sumus: v. 3. 4.*

di instructissimum, celsissimum, firmissimum, quod complectitur, regit regitque cuncta sub-lunaria, &c: vide Psalm. CXV, 3. Deus noster in cælis est, quicquid vult, facit. Psalm. CXIII, 5. quis est sicut Deus noster *הַשָּׁמַיִם לְשִׁבְתוֹ* exaltans sedere, vel sublimem habens celsissimamque habitationem: vide etiam *Jes. XXXIII, 5. LVII, 15. Pf. II, 4. XXXIII, 14. LXVIII, 6. 34. Matt. VI, 9.* Adeòque, ut *Belge* monent, non adducitur *cælorum* hæcce mentio ad assignandum Deo infinito certum habitandi locum, verum ad excitandas nostras mentes, ut à caducis eadem ad celsissimam Dei eleventur majestatem, ibique quærant opem, quam in totò terrarum orbe reperire nequiverunt. De Judæorum modernorum formulis similibus vide *Capelli spicil. ad Matth. VI, 9.* Vorstio, hinc aliisque similibus textibus abutenti, quid respondendum, vide in *Gerhardi exeg. de naturâ Dei* §. 177. p. 800. Quoad præfixum (7) notetur, illud esse vel *emphaticum* certum unicumque designans regem summum, vel esse *relativum*, qui juxta *gramm. p. 109.* exemplum simile, tam quoad hocce (7) initiale, quam quoad *jod paragogicum*, (de quò pag. 34. ann. 1. ad particip.)